UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primo p[ro]pter feruore[m] cordial[is] volu[n]tat[is].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

victoria q̃ vicit mundũ fides nr̃a. Mirabilis aũt atq̧ laudabilis multũ fuit beati laurẽtij victoria ꝓpter tria.

Primo ꝓpter feruorẽ cordial' volũtatꝫ.
Scd̃o ꝓpter rigorẽ penalis acerbitatꝫ.
Tertio ꝓpter vigorẽ ſpũalis hilaritatꝫ.

Primo ꝓpter feruorẽ cordialis voluntatis qua deſiderauit ꝑ chr̃o pati. Cũ em̃ decius btm̃ ſixtũ in carcerẽ iuſſit mitti donec ꝑ illata tormẽta ⁊ chriſtũ negaret ⁊ theſauros ꝓderet: btũs laurentius ipm̃ ſequẽs clamabat: Quo ꝓgrederis ſine filio pater: q̊ ſacerdos ſancte ſine miniſtro ꝓperas: Tu nunq̧ ſine miniſtro ſacrificiũ offerre ꝯſueueras: Quid in me diſplicuit paternitati tue: Experire certe vtrũ idoneũ miniſtrũ elegeris cui cõmiſiſti dñice ſanguinis diſpẽſationẽ. Videte feruorẽ iuuenilis animi: iuuenilis inq̧ etate: ſed morib᷑ antiqui. Videte q̃ꝑparatiſſimũ haberet deſideriũ vt ꝑ martyriũ deo ꝯſecraret. O miranda fidei firmitas. O charitatis flagrãtiſſim⁹ ardor in iuuene qui ſic anio anxius erat de martyrij dilatione. Phil. j. Deſideriũ habẽs diſſolui et eſſe cũ chr̃o. Tũc autẽ beat⁹ Sixt⁹ dulci quadã allocutione dixit ei: Non ego te deſero fili: ſed maiora tibi debenꝭ ꝑ chr̃i fide certamina. Nos quaſi ſenes leuiorꝫ pugne curſum recipim⁹. Te autẽ q̃ſi iuuenẽ manet glorioſior de tyranno triumphus. Vtq̧ eũ magis ac magis ꝑ fidei agone animaret: ꝓphetico eũ ſpiritu de ſuo martyrio ꝓmuniuit dicẽs: Poſt triduũ me ſequeris ſacerdotẽ leuita. Poterat vtiq̧ beatus laurẽtius dicere cũ Paulo illd̕ Act. xxj. Ego mori paratus ſum pro nomine domini Jeſu.

Secũdo propter rigorem penalis acerbitatis. Sapie. x. Certamen forte dedit illi vt vinceret. Nam ꝑmo ſcorpionibus atrociter ceſus eſt dehinc fuſtibus. Secundo ardentes lamine ad latera apponunꝭ. Et tunc dixit laurentius: Domine ieſu chriſte deus de deo miſerere mihi ſeruo tuo qui accuſatus te non negaui: interrogatus te dominũ ꝯfeſſus ſum. Et dixit ei decius. Scio quia ꝑ artem magicam tormẽta deludis. Tertio iuſſit eũ plũbatis diutiſſime cedi. Quarto iuſſit eum iterũ ſcorpionib᷑ cedi. Demũ ſup cratẽ ferream tanq̧ ſup lectũ extendi ⁊ in eo crudeliſſime ꝯcremari. De hac tormentorũ aggrauatione dr̃ Aug⁹. Laceratos artus ⁊ multa verberũ ſectione cõciſos ſubiecto ꝑcipit igne torqueri vt ꝑ cratẽ ferreã q̃ iam de feruore cõtinuo vim in ſe haberet vrendi ꝯuerſorũ alterna mutatiõe membrorũ fieret cruciatus vehemẽtior ⁊ pena ꝓductior. Hec Aug. Sic ergo fuit crudeliter ſup cratem extenſus ⁊ cũ furcis ferreis cõpreſſus prunis ſuppoſitis. ij. Tim. iiij. Bonum certamen certaui. Ps. Probaſti cor meũ ⁊ viſitaſti nocte: quia hoc nocte factũ eſt: igne me examinaſti ⁊ nõ eſt inuẽta in me iniquitas.

Tertio propter vigorem ſpiritualis hilaritatis. ij. Cor. ix. Hilarẽ datorem diligit deus. In ꝑdictis vtiq̧ tormentorũ atrocitationib᷑ hilarẽ ſemper vultum oſtendit. Vnde cum Decius eũ ſacrificare iuberet vt tormenta euaderet: Reſpõdit: Infelix/ has epulas ego ſemꝑ optaui. Cunq̧ ei iterũ diceret Deci⁹ Aut diis ſacrificabis: aut nox iſta in te cũ ſupplicijs expendetur. Dixit Laurentius: Mea nox obſcurum nõ habet ſed omnia in luce clareſcunt. Cunq̧ ſup cratem crudeliter vreretur et aſſaretur ⁊ mirarẽtur homines q̧ ſic eum viuũ iuſſiſſet Decius aſſari: dixit Valeriano prefecto: Carbones tui mihi refrigeriũ: tibi autẽ eternum ſupplicium preſtant: quia ipſe dominus nouit q̧ accuſatus non negaui eum: interrogatus chriſtũ confeſſus ſum: aſſatus gratias ago. Romano. v. Gloriamur in tribulationib᷑. Dixit quoq̧ beatus Laurentius hilari vultu Ad Decium: Ecce miſer aſſaſti vnam partẽ: gira aliam et manduca. Videte mirabilem conſtantiã ⁊ hilaritatem eius in tormentis. Vnde manifeſte patꝫ ſua perfectiſſima charitas. Cũ autẽ ſic acriter cremareꝭ gratias agens dixit: Gratias ago tibi dñe q̃a ianuas tuas igredi merui Et ſic emiſit ſpm̃. Notate q̃m ianuas chr̃i vocat acerria tormenta: q̃ẽ et vt hr̃ Lu. vl. Opor. xp̃ꝫ pa. ⁊ ita i-